



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

4. S. Andreas Corsinus Episcopus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

216 IV. Februarii. S. Andreæ Corsini.

compositis, neque in ecclesiis vel per-  
damus verbulum. Ter in templo ore-  
mus amantis animæ stropham: *Anima  
Christi! sanctifica me!* hominem vere-  
mur? & Deum non respicimus! Ofri-  
gidam fidem!

Dies S. Andreæ Corsini, Episco-  
pi Fesulan ex Ordine Carmeli-  
tarum.

#### EXHORTATIUNCULA I.

**A**ndreas malè vivere cœpit: Sed  
finiit sanctissimè. Cujus ductus? au-  
xilio? Mariæ, cui boni parentes ad-  
huc parvulum dicabant ex integro. Sic  
Mater protegit filios. Profectò Adiu-  
trix nostræ *Redemptionis*, Auxiliatrix  
nostræ *Justificationis*; Deus enim omnes  
gratias faciendas Mariæ commisit,  
quas ipsa fideliter distribuit. S. Bernar-  
dinus.

#### *Instructio meritoria.*

Vitam ut & nostram sanctificet Ma-  
ria, ter coram devota Hujus Imagine  
oremus hymnum: *Ave Maris stella*  
cum *Salve Regina*. Ad noctem adda-  
mus

- Dicitur -



IV. Februarii. S. Andreæ Corsini. 217

mus formulam votivam. Facile est, emendare vitam, ubi talis Mater, quæ instigat.

## II.

**N**Ovitius tentatur miserè! Vinci, & superari tamen non potuit S. Andreas. Unde? quia vixerat non nisi inter clientes Mariæ. Montem petiit Carmeli. Habitum Mariophilorum induit: Quid mirum, quod tam fortis in bello. Nulla nos terreat virtus Adversarii, quibus duceatum præstat ad Christum Mater Unigeniti Dei. B. Amad.

### *Instructio meritaria.*

Gratissimus & nos cœtui tam sancto, qualis est Carmelitarum. Ab his enim illud accepimus Mariæ vexillum, quod nec carnem, nec inferos timeamus. Pro gratiarum actione, uti & sacratissimi hujus Ordinis amplitudine offeramus Mariæ *Officium majus* cum 12. osculis SS. Scapularis. Quod filiis, idem præstatur & Matri. O si magna! excelsa! sublimia!

## III.

**T**otum vivere S. Andreæ fuit se odisse, & diligere Mariam. Verum ô K quan-

quanto cum sui emolumento ! infirmo  
enim servulo adest Consolatrix infirmo-  
rum, ipsa cœlitum Domina. Et quid  
vult ? diem mortis insinuat , & ad regna  
invitat cœlestia. Obona nova ! Ah fili  
dilecte ! quem pœniteat , vixisse Mariæ

*Instructio meritoria.*

Continuemus , quod pii sodales pro-  
misimus Dominæ , & ad omne signum  
Angelicæ salutationis hodie specialiter  
commendemus nostram extremæ luctæ  
& mortis horulam , jungendō *Litanias*  
*Lauretanæ*. Non timet morte in cuius  
quotidiana , & dulcis fuit illius memoria.  
Hæc verò apud filios Mariæ est continua

Festum S. Agathæ Virginis , &  
Martyris.

EXHORTATIUNCULA I.

**V**Icit S. Agatha mundum cum omni  
pompa , quia in primo flore de-  
spexit. Fili ! sancti deserunt : conque-  
runtur & contrà mundum sui affecta  
quia fallax est. Promittit bona : Et lar-  
gitur mala : Spondet vitam : Et infer-

mor